UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas, Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera

**Busaeus, Johannes**

**Mogvntiæ, M. DCVI.**

5. De S. Virginibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70978

Visual Library

Matt. ſedes duodecim, iudicates duodecim tri-
19. bus Iſrahel, id eſt, omnes fideles. Ac denique
lautiſſimum omnibus apparatum conui-
uium, in quo Chriſtus ipſe tranſiens mini-
Luc. ſtret, vt loquitur B Lucas.
12.

## MEDITATIO V.

### De communi SS. Virginum.

CONSIDERA CHRISTVM, cũ de cœlo in terram deſcendit, inſtituiſſe familiam virginũ, vt ſicut ipſe in cœlo adoratus erat ab angelis, ita in terris angelos haberet, qui ei ſeruirẽt. Dedit fidelibus ſpiritum, qui eos puros & caſtos ſeruarent, ac corpo-
1. Theſ. ris vas, vt monet Apoſtolus, in ſanctifica-
4. tione & honore cuſtodirent, & non in paſ-
ſione deſiderij. Fuit virginitas in cœlo in-
Matt. cœpta, & ad homines delapſa, ac poſt re-
22. dituri diem in cœlo, vbi neque nubent, neque
nubentur vlli, ſed omnes erunt vt angeli
Matt. Dei, ſemper perſeuerabit; perpende Chri-
19. ſtum eam aliis cõſuluiſſe, & etiam ſeruaſ-
Sap. 7. ſe perfectiſſimè, quippe qui erat candor
lucis æternæ, & ſpeculũ ſine macula ...
trem quoque ſuam Mariam omnium ...
primam reginam eſſe voluiſſe. ...

item ſuum Ioannem Baptiſtam, & inter
Apoſtolos cariſſimum S. Ioannem.

Conſidera ſtatus Virginei dignitatem. 2.
Primo enim Virgines ſunt Chriſti ſponſæ
Vnde S. Agnes ad Tyrannum *Ipſi ſum de-*
*ſponſata, cui angeli ſeruiunt, cuius pulchri-*
*tudinem ſol & luna mirantur.* 2. magis con-
formes ſunt Chriſto eiuſque matri, & S.
angelis, in carne enim eſſe, & non ſecun-
dum carnē viuere, non humanū, ſed ange- Matt.
licum eſt, 3. in parabola ſementis S. Patres 13.
Virginibus tribuunt fructum centeſimum
at viduis ſexageſimum, coniugatis autem
trigeſimum, 4. curis ſeculi ſunt ſolutæ. *Vir-* 1. Cor
*go* enim ait Paulus, *cogitat quæ ſunt Domi-* 7.
*ni, vt ſit ſancta corpore & ſpiritu.* 5. quia
Virginitas, teſte S. Ambroſio, eſt mater
martyrum, imo & ipſa eſt martyrium, nā
martyrium ſæpe breui tempore abſolui-
tur, at Virginum cum carne pugnantiū
diuturnum eſt martyrium. 6. quia voto
continentiam perpetuam offerre, Orige-
ne teſte, eſt holocauſtū Deo gratiſſimum.

Conſidera Virginum præmium à S. Io- 3.
anne deſcriptum. Vidit enim agnum ſtan- Apoc.
tem ſupra montem Sion, & cum eo 144. 14.
millia habentium nomen eius, & Patris
ſcriptum in frontibus ſuis: audiuit vocē

citharædorum, addẽs, *iſti ſunt qui cum mu-
lieribus non ſunt coinquinati. Virgines enim
ſunt, & ſequuntur agnum quocunque ierit.*
Mons Sion, eſt Eccleſia triũphans. Agnus
immaculatus eſt Chriſtus, quem congru-
ebat ſtipari à Virginibus mente & corpo-
re puris, quæ in fronte nomen eius habe-
bant, q̃a opere fidem quam in corde habe-
bant profeſſæ ſunt. Citharas, quæ habent
chordas ordine extenſas, pulſabant, quia
mortificantes membra ſua quaſi extenſæ
fuere & confixæ cum Chriſto in ligno
crucis dum viuerent, & ſuauiſ-
ſimum in auribus Dei
ſonum reddi-
derunt.

*FINIS.*